

## Werk

**Titel:** Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossett[m] Episcopvm faventivn

**Jahr:** 1646

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN367611805

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

**LOG Id:** LOG\_0176

**LOG Titel:** De Cornice Caerulea. Cap. V.

**LOG Typ:** chapter

## Übergeordnetes Werk

**Werk Id:** PPN367611716

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

## LOCVS.

**A**ltos Montes tempore æstivo incolit, in quibus Soboli propaganda incubere ex eo col-  
ligi potest, quod nullibi in planis nidulari reperiatur. Numeratur vero inter migra-  
torias volucres, quæ scilicet sub autumno finem ad plana descendit, ibi, totam post  
hyemem propè oppida & pagos velut inter homines degit. Albertus in superiori Germania me-  
ritus est, idem versus hanc cornicem nullo anni tempore recedere testatur, & causam in puriorum aerem  
rejeicit, & in altiora loca; verum quoniam in Germania inferiori ut poterit apud Belgas loca aquis  
omnia frateant, quorum vaporibus per hyemem temperatur aerem (cuius causa ad eos  
aduocate credit) & in superiori Germania aerem purissimum, locaque peralta concedamus: ideo ne  
ibi perennem? Quin potius Italiae locis, quæ ea Germaniae parte multò altiora sunt, aereq. frig.  
tuntur longè temperatiore, atque puriori, de quæcumque hinc repertantur, aliam  
planè rationem assignare Albertus debebat. Quare doctissimi Belloni i opinio potior mihi, ac  
verior videretur, qui ad plana descendere aues voluit, quoniam ob intolerabilem frigoris se-  
viciam, quæ hyemali tempore haud dubio in eiusmodi locis vigeret, ea deserere cogantur. Cui  
si placet, rupium asperitates, & continuas ferre niues adde. Præterea in Helvetia nunquam, vt  
audio, nidulari, sed aliò migrate conspiciuntur.

## VICTVS.

**C**ornix cinerea eadem qua cornix nigra, victus ratione vtitur. Est enim etiam pampha-  
ga. Quadrupedum, hominum infelicitate mortuorum, & in crucem sublatorum, denique, &  
& piscium carnes affectat; neque à lacticiniis etiā abstinet, quorum causa casas agrico-  
larum quandoq. inuidit. In fruges pariter, vermesque, & omne insectorum genus sicut. Orni-  
thologus in dissecta auis ventre quasdam quisquilias, cortices granorum, substantiamq. quan-  
dam albam pinguem ex eisdem forte granis concretam, & lapillos inuenit.

## VSVS.

**I**n nido huiuscemus cornici herbam, vel radicem inueniri tradunt, quæ gestantem reddat in-  
uisibilem, sed penes illos fides esto; mihi id nunquam persuaserint. Ornithologus autem  
hanc in inferiori Germania in cibum admittit ait, sed id de plebecula, ac rusticis, vt ab  
ipso Batauis habeo, intelligendum est. Bononia etiam in foro venditur. Quid vero de carne,  
dicam, non habeo, nisi quod terrum odorem spiret.

## DE CORNICE CÆRVEA. Cap. V.



**A**NC auem, cuius picturam hoc loco exhibemus, quoniam Cornix appelle-  
tur, Cornicibus, quoniam plane ignoremus, num ex harum genere sit, adiunxi-  
mus. Ornithologus ex quo, & descriptionem, & iconem mutuatis sumus, de hac  
aue in hæc verba scribit. *Cornix carulea*, cuius iconem Io. Kentmannus, histo-  
riam vero Ge. Fabritius miserunt ē Misnia, avis est planè sylvestris, & imman-  
sueta, à Misnen ein Vvilde Holzkrae, ab alijs Galgenregel, vel Halckregel appellatur. Trans-  
In Paralip. Galgeregel  
Album in saltu Luchouiano, & in sylvis finitimis reperiatur: versatur in locis non frequenta-  
tis. Nidum, vt Vpupa ex oleto construit: & præter cætera à projectis cadaueribus vicitat.  
Rof. ii co-  
for.  
A calore quidam nominant ein Teutschen Pappagey, id est, Psittacum Germanicum. Depor-  
titur hinc in alias nationes, nulla alia commendatione quam coloris. Hæc G. Fabritius. Ro-  
strum, vt pictura ostendit, nigrum est: crux fusca, & pro portione corporis parua. Cæruleo  
co ore passim nitet, in capite, alis, cauda, circa orthopygium, & tota parte supina: alibi synce-  
riore, alibi admixto viridi. Dorsus, & collis primi color fuscus est: maiores alarum pennæ nigrae.  
Quærendum ad hæc sit Pica illa sylvestris, quam Eberus, & Peucerus Germanicè vocant Hei-  
denelster, Krigelster, Hæc itaq; Ornithologus. Iconem subsequenti pagina habebis.



DE GRACCVLIS IN GENERE. Cap.VI.

**P**OST Cornices nobis sese Gracculi offerunt, idque merito iure, cùm sub Corvino genere eos Aristoteles enumeret. Vnde Crescentiensis Corvū, & Gracculum eiusdem generis esse dixit. Verùm cùm de uoce (Gracculus) inter rectiores non nè conueniat, nūquid generalis, an potius particularis sit, itaq; ante omnia eiusmodi altercationem firmis, ac validis rationibus conciliandā, quantum materia permittet, iudicamus.

Sif

Recen-